tio vite ꝑfungi ⁊ mori. Et tu (reddis). i. restituis (cecis membra lucis) id est organa (et spacia membroꝝ). i. loca. Istud est qđ legitur de q̄dam muliere que habuit faciem omnino planā. ita ꝙ nō extabāt loca neq̄ organa visus in illa. huic beata elisabeth suis orōnib⁹ et meritis miraculose formauit loca ⁊ organa vidēdi. ita ꝙ facta fuit ꝑfecta vidēs. De aliis signis prenarratis videatur historia.

Eia mater nos agnosce. libro vite nos deposce cuꝫ electis inseri. Ut ꝯsortes tue sortis. et a penis dire mortis eruamur inferi

Bone triumphali militum regis summi dies iste celebris est populis christo regi credulis. Hi dilectamentum respuerant mundanorum. Et crucem tunc turpem quotidie baiularūt. Hos nullius feritas a christo separat. Quin ad eum mortibus millenis properent. Non carcer vllus aut cathena molliunt fortia in christo pectora. Sed nec ferarū morsus diri martyrium solidum excauāt animum. Non imminens capiti gladius territat. Fortissimos milites optimi dñi. Nunc manu dei compleri persequentium insultant furoribus quondam crudelib⁹. Et plebi christi solamen suppeditant in cunctis laboribus lubrici seculi

☞ Tūc ibi (Eya mater) In hac vltima parte fit oratio. Et dicit sic O (mater) scꝫ elysabeth (agnosce) id est respice (nos) supple peccatores et (deposce) id est impetra (nos inseri) id est inscribi (libro vite) scꝫ celestis (vna cum electis) id est sanctis ⁊ predestinatis. ita (vt ꝯsortes) id ē cōsocii siue cōparticipes (tue sortis) id ē tue beatitudinis (eruamur) id est liberemur (et) id ē etiam (a penis dire mort⁹) id est damnationis (inferi) id est inferni Amen

Bone triūphali) Sequentia ista cōmunis est pluribus martyribus. ⁊ in die pluriū martyrum decantari solet in pluribus locis Diuiditur autem ista sequentia in duas partes. In prima dicit autor quomō iste dies plurium martyruꝫ sit celebris populis christianis merito triūphalis agonis martyrū eorundem. quos nulle mine nec vlla tormēta (quorū modos diuersos enumerat) potuerunt a charitate christi eiusq̄ fide quouismodo separare ⁊c̄. In secunda parte orationem facit ad ipsos martyres. ibi (Vos xp̄i ⁊c̄.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-821/0283
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG